CLEMENTINAE CONSTITVTIONES SVAE INTEGRITATI VNA CVM GLOSSIS RESTITVTÆ.

VENETIIS, Apud Iuntas. M D C.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CLEMENS Papa V. natione Gallus, prouincia Vaſconia, diœceſis Burdegalenſis, anno MCCV. Romanus Pontifex creatur. Is non modo in Concilio Viennenſi, ſed etiam ante, & poſt ipſum Concilium plurimas conſtitutiones edidit: quas cum & aſſidua occupatione, & morte præuentus in unum collectas volumen, & ſub congruis titulis collocatas edere vt decreuerat, non potuiſſet: Ioannes XXII. eius ſucceſſor publicauit. Eas Ioannes And. Bononienſis gloſſis illuſtrauit.

TABVLA TITVLORVM CLEMENTINARVM.

Tabula Titulorum Clementinarum ſecundum ordinem Alphabeti.

A

D E

AEtate & qualitate & ordine præficiendorum. libro 1. tit.6. 45
Appellationib.li.3.ti.12. 99

B

BAptiſmo & eius effectu. lib.3.tit.15. 170

C

CAuſa poſſeſſionis & proprietatis, libro 2. titu.3. 70
Celebratione miſſarum.lib 3.tit.14. 167
Cenſibus exactionibus & procurationibus.lib. 3.titu.13. 163
Conceſſione præbendæ. lib.3 tit.3. 120
Conſanguinitate & affinitate.lib.3.tit.1. 179

D

DEcimis, primitijs, & oblationibus,lib.3: titu.8. 138
Dolo & contumacia.lib.2.tit.4.

E

ELectione & electi poteſtate lib.1.ti.3. 21
Exceptionibus lib.2.tit.10. 89
Exceſſibus prælatorum.lib.5.tit.6. 199

F

FOro competenti. lib.2.tit.2. 65

H

HAereticis lib.5,tit.3. 185
Homicidio voluntario, vel caſuali. lib. 5.titu.4. 195

I

IMmunitate eccleſiarum. lib.3.tit.2. 177
Iudæis & Saracenis.lib.5.tit.2. 183
Iudicis. lib.2.tit.1. 61
Iurepatronatus. lib.3.tit.12. 159
Iureiurando.lib.2.tit.9. 82

M

MAgiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.lib.5.tit.1. 181

O

OFficio vicarij.lib.1.tit.7. 50
Officio & poteſtate iudicis delegati.lib. 1.tit.7. 51
Officio iudicis ordinarij.lib.1.tit.9. 53

P

PAenitentijs,& remiſſionib.li.2.tit.9. 215
Pœnis lib.5.tit.8. 206
Præbendis & dignitatibus. lib.3. tit.2. 113
Priuilegijs, & exceſſibus priuilegiatorum. lib. 5.titu.7. 202
Probationibus.lib.2. tit.7. 79
Procurationibus.lib.1.tit.10. 55

R

REbus eccleſiæ nō alienandis.li.3.ti.4. 123
Regularibus, & tranſeuntibus ad religionem.lib.3.tit.9. 141
Religioſis domibus.lib.3.tit.11. 154
Reliquijs & veneratione ſanctorū.li.3.ti.16. 171
Renuntiatione.lib.1.tit.4. 41
Rerum permutatione.lib.3. tit.5. 127
Reſcriptis.lib.1.tit.2. 15
Reſtitutione in integrum.lib.1.tit.11. 59

S

SEntentia & re iudicata. lib.2. tit.11. 61
Sentētia excommunicationis.li.5.ti.10. 215
Sepulturis. lib.3.tit.7. 129
Seqſtratione poſſeſſionū & fructuū li.2.ti.6. 77
Statu monachorum. lib.3.tit.10. 145
Summa trinitate & fide catholica.lib.1.tit.1. 8
Supplēda negligentia prælatorum.li.1.tit.5. 43

T

TEſtamētis & vltimis volūtatib.li.3.t.6. 127
Teſtibus. lib.2. tit.8. 80

V

VErborum ſignificatione.lib.5.tit.11. 210
Vita & honeſt.cleric.lib.3.tit.1. 109
Vſuris.lib.5 tit.5. 196
Vt lite pendente nihil innouetur.lib.2.tit.5. 74

FINIS.

CLEMENTIS † PAPAE V. CONSTITVTIONES.

PROOEMIVM.

IOANNES Epiſcopus ſeruus ſeruo-

procœmii diuiſio, & ipſius familiaris declarō ſm dñm Heliam.

IOannes eps.] diuide in quatuor partes, aut in duas, & ſecundam in tres. In prima ponit ſalutatio, dum dicit [Ioannes eps ſeruus ſeruorū Dei] Mandāt ſupleo, & dicit ſalutem, & Apſcam benedictionē, [Dilectis filiis] ſ. doctorib. & vniuerſis ſcholaribus Bononiæ, cōmorātib. i. morā gerentibus & facientib. Et ſeqt̄ i textu. [Qm̄ nulla iuris ſanctio.] Et ibi ponit exordium. Dicit Clemens in hoc exordio, ꝙ iura ſunt ita ambigua, & dubia, ꝙ non pōt reperiri modus aliquis vt iura bene declarentur ꝑꝑ malitiam hominū, quia dum iura fiunt de nouo, & q̄uis bene ſufficienter clara, tū hoīes ſunt adeo, & intantum procliues, & habiles, ſeu proni ad malum, ꝙ ipſi interpretātur iura aliter q̄ legislator ea intellexerit, & illa diuertunt & ſubuertunt de intentione ipſius legislatoris. Et narrat Clemens Papa, ꝙ tanti caſus emergunt de nouo quotidie, ꝙ impſſe eſt tot iura condi & fieri, quare dicit, vt tantæ malitiæ uitentur, & iura aliquo modo clarificentur, & de cætero non tm̄ diuerſificentur, ꝙ recurrendum eſt ad auctoritatē principis, q̄ in hoc eſt neceſſaria, q princeps declarabit ipſa iura, & declarōnē illā tenebunt hoīes inſequi, & ſic ſuo ſenſui nō inniten. Quare dixit formalis textus Qm̄, ꝑ q̄a. Et no. ꝙ quia, & qm̄, ponunt in eodē ſenſu: ſed qđ, ꝑprie ꝑponitur, & ſic ſequentē ſenſū alligat, ut qm̄ diſcis, diſco, q̄a quippe poſtponit, & ſuperiorem ſenſū confirmat: dic ergo, quia nulla ſanctio, i. nulla conſtiō iuris digeſta, i. ordinata, conſūmata, & explicata, q̄ ſūcūq. cōſilio perpenſo, i. ualde penſato, & cogitato, ſufficit ad uarietatē humanæ naturæ, nec ſufficit ad machinationes, i. ad dubitationes inopinabiles eius, ſ. iuris, nec ulla ſanctio attingit, i. iuxta tangit, ad deciſionē lucidā, i. lucidandā: ambiguitatis nodoſæ, i. difficilis, eo præſertim, i. intantum ꝙ vix aliquid ſtatuitur adeo certū, i. taliter, & ſic certum, quoq. pro, &: & clarum quin reuocetur in dubium, i. quin dubitetur, ex cauſis emergentibus iura iam poſita, i. iam edita, & facta non pōt mederi. ſ. quo ad deciſionem qōnū emergentiū, ſeqt̄ur in textu: [Quia ergo] alias eſt, q̄a ēt. Et hic dat conſilium, ac ſi diceret. Poſtq̄ iura ſunt taliter, & ita ambigua, ſeu dubia, ꝙ nulla ſanctio poſſit fieri ita clara, quin adhuc remaneant dubia aliqua: & iō hic dat unum cōſiliū, ꝙ auctoritas principis eſt neceſſaria ꝑꝑ malitiam hominum, qui hoīes ab adoleſcentia ſua ſunt procliues ad malum: iō dicit textus Ergo, i. propter rōnē ſequentem, quia ſenſualitas humana declinat ad malum ab adoleſcentia viri procliuis, i. facilis, ſ. ad malū: per qđ, i. propter q̄ malitiam non poſſunt fieri iura ita clara, quin homo, qui eſt procliuis ad malum, ea reddat ambigua: ideo ſubuerſio, i. deſtructio morum, ſ. bonorū, obrepuit, i. latenter ſubintrat: frequenter, i. ſæpe, in clero, in omnibus clericis, & populo intellige: quare auctoritas ſuperioris eſt neceſſaria, ut declaret iura dubia ſic facta dubia propter malitiam hominis procliuis ad malum, ut ipſa auctoritas, idest, ut ipſa iura declarata auctoritate principis, ſeu declaratio ipſius principis tollat ambigua, ſcilicet dubia, lites auferat per elucidationem, idest, per declarationem iurium: & dirimat, idest, ſopiat, & extinguat altercationes tam per ſuffragium, idest, auxilium determinationis opportunæ, quam extirpet uitia per ſarculum cultoris prouidi. Et ponitur ibi ſarculum tranſumptiue: nam ſarculum dicitur inſtrumentum quo euelluntur inutiles herbæ: ſic princeps per ſarculum ſuum, idest, per auctoritatem ſuam tollit fatuas interpretationes hominum. Et dic, ut auctoritas principis inſerat, idest ſeminet uirtutes per declarationem iuris; quia qđ princeps declarabit iura ambigua, i. ſeminabit virtutes, & verā ſciam, cū ſua auctoritas non minorem vim hēat, q̄ ipſa lex bene interpretata Et vt auctoritas ipſius principis corrigat exceſſus; q̄ pro, &, & vt reformet mores corruptos in bonos [Hæc ſane.] Hic eſt narratio, ſ qua Ioannes papa cōmendat, uel laudat actum Clemētis, i. laudat Clemētē q̄ fecit iſtas Clementinas, & excuſat tardi[t]atem ſuam, uidelicet quare citius librum iſtum nō tradidit Clemēs. Et dicit ipſe Ioānes narrās, ꝙ Clemens papa vidēs, & attendēs hæc q̄ diximus in exordio, & uolens ſeu cupiens proſpicere reformationi deformatorum, & ſoluere difficilia, & intendens promulgare, i. pronunciare, & manifeſtare plurimas cōſtitutiones, quas edidit, i. quas fecit, & compoſuit, in quibus ſtatuit multa ſalubria, i. multa utilia ad ſalutē. Et quamuis ipſe Clemens decreuiſſet, i. deliberaſſet mittere iſtas conſtōnes collectas, i. ſimul aggregatas in vnū uolumen: tū propter hoc ꝙ nimium. i. valde fuit occupatus circa magna, & propter hoc ꝙ ſublatus eſt de medio, i. propter hoc ꝙ mortuus eſt, ſ. nō nimis ſenex, iſta fuerunt in cā quare non expleuit, i. quare nō adimpleuit propoſitum ſuum, i. ſuam uoluntatem, q̄ erat de mittendo ſubditis Clementinas, quare dicit Ioannes papa ſic. Nos Ioannes, qui ſucceſſimus eidē Clementi papæ, & impediti fuimus a tpe noſtræ promotionis, i. a tpe quo fuimus electi in papam, & nō potuimus cōmittere, & mittere ꝑdictas conſtōnes ſ. iſtas Clementinas ſub bulla noſtra. Et dic ordinando aliquāter textum. Sane, i. certe Clemens papa V. prædeceſſor noſter, attendens, i. intelligens hæc quæ diximus in exordio, & cupiens, i. deſiderans proſpicere reformationi deformatorum, & cupiens ſoluere difficilia, edidit, i. fecit cōſtitutiones plurimas ante & poſt concilium: in quib. conſtōnibus ipſe ſtatuit multa ſalubria, i. vtilia: & ipſe Clemens decidit, i. terminauit nonnulla dubia, i. aliqua dubia, quæ dubia ſunt frequentata in iudiciis, & extra iudicia Et licet, i. quamuis Clemens decreuiſſet mittere eas. ſ. Clementinas collectas, i. aggregatas in vnum uolumen: & quamuis decreuiſſet, i. deliberaſſet mittere eas collocatas ſub congruis titulis, & dare eas ſubiectis, ſ. ſuis in commune, i. ut communicarētur inter ſubditos: tamen occupatio aſſidua circa magna, quia erat impeditus ſuper rebus arduis; ac, i. etiā conditio humanæ ſortis, i. humanæ formæ, quę ſuſtulit, i. remouit ipſum Clementem de medio per mortem, illa. ſ. fuerunt in cauſa, quare ipſe Clemens non expleuit propoſitum ſuum, i. ſuam deliberationem: Nos et Ioannes, qui ſucceſſimus eidem Clementi Deo permittente, & ſic diſponēte, in officio Apoſtolatus, quia ſumus Papa, idest, ſ. vicarius Chriſti; ſicut & ipſe Clemens fuit. Et ſupple poſtquam ſucceſſimus eidem Clementi in officio apoſtolatus, ſic debemus ſibi ſucceſſiſſe in plenitudine effectus, & poteſtatis: ſuppleo, & maxime debemus ſibi ſucceſſiſſe in his, ſ. rebus, quæ concernunt compendium, idest lucrum uniuerſi, ſ. orbis: Et nos Ioannes circumſepti, idest, circumquaque ſepti, & circundati, & vndique cincti tot grandibus agendis, & arduis rebus fuimus hactenus, idest, vſque huc, & vſque ad hoc tempus impediti ab exordio, id eſt a principio noſtræ promotionis, ꝙ tam ex hoc qđ dicimus, quam ex aliis cauſis rationabilibus, quas ꝑuidimus committendas ſub ſilentio, idest, quas tacemus, pro nunc ſuppleo, non potuimus has conſtitutiones, ſeu Clementinas communicare. Nunc igitur, id eſt, modo & in præſenti tempore tranſmittimus, idest, uobis mittimus illas cōſtitutiones, ſeu Clementinas, captata opportunitate, idest, captato, & deſiderato tem

† In antiquis codicib. titulus huius libri hēc ita, Incipiunt cōſtōnes Clementis papæ V.

EXTRAVAGANTES TVM VIGINTI D. IOANNIS PAPAE XXII.
TVM COMMVNES SVAE INTEGRITATI

VNA CVM GLOSSIS RESTITVTAE.

VENETIIS. MDC.

IOANNES Papa XXII. natione Gallus, patria Caturcenſis ex prouincia Aquitania, anno MCCCXVI. Romanus Pontifex creatus eſt. Is præter conſtitutiones Clementis V. prædeceſſoris, multas quoque ſuas publicauit.

Ad quas Zenzelinus de Caſſanis, quem alii Genzelinum vocant, vberes compoſuit commentarios.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra,
Laua dat uxores, dat tibi dextra mares.



ARBOR AFFINITATIS.

Multa dies, variuſque labos huiuſce parauit
Artis notitiam: qua modo clara patet.



CONSTITVTIONES XX.

IOANNIS PAPAE XXII.

Cum familiari apparatu D. Zenzelini de Caſſanis, adiectis patentibus ſummarijs, dataque ſingulis apta ſituatione, nec prætermiſſa gloſſarum utili explicatione.

REuerēdiſſimo in Chriſto patri domino dom ino ſuo Arnoldo, Dei grã ſancti Euſtachij diacono Cardinali, Zenzelinus de Caſſanis vtriuſq; iuris doctor minimus, cū recommendatione ſui ad intellectus acumen deducens præſens opus. Deus ab æterno præuidens, & humanæ naturæ ad malū procliuæ miſericorditer proſpiciens, vicarium ſuum in terris inſtituit uniuerſalis Eccleſię regimini præſidentem: qui ex varietate cauſarum, perſonarum, locorū, & temporum, nunc per nouorum editionem iurium, nūc antiquorum declaratione, modificatiōe correctiōe, necnō & rebelliū debita coerctione ad ea quæ medentis ſunt, manum apponat. Cū igitur instructor peruigil humani generis uerbo pariter & exēplo, videlicet ſanctiſſimus pater dominus Ioannes digna Dei prouidentia papa xxij. nonnullas conſtitutiones per ſe nouiter editas promulgauerit: mūdo ꝑſpicere cupiēs uniuerſo, q̄ quidē ꝑp intellectus ſimplicitē ruditatē, in eruditionē aliq̄ dirigēdam expoſitionē, interpretationē, elucidationē in aliquib. expoſcere dignoſcunt: ea ꝑp ad honorem illius, cuius opera ſunt inſeparabili. ſanctæ, ſ. & indiuiduę Trinitatis, ac ēt matris vnigeniti Dei filij incarnati in eius vtero virginali & vniuerſalis Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, ſuique vicarij, generalis veri paſtoris & gregis Dominici directoris, ac etiam noſtri decus, licet hebes & ingenio rudis & imbecillis in iurium intellectu, confiſus de omnipotentis Dei gratia, reuclando ſibi viam meam, & ſperans in eo vt ipſe faciat, iuxta verbum Prophetæ, audaciam ſumpſi (vtinam ad vtilitatem publicam) aliqua ꝑ modum commenti in ſcriptis redigere ſuper conſtitutionibus antedictis: eadem veſtræ paternitatis ſalubri correctioni more ſolito commendando.

TITVLVS. I.

De electione & electi poteſtate.

¶ Electi qui pro ſuarum electionum negotio ad curiam venire tenentur, et ſede vacante non tenentur de neceſſitate in ipſa curia moram trahere: & licet alibi morentur, nullum eis præiudicium generatur. facit Cle. ne Romani. §. fi. eo. tit.

CAP. I.

AD onus[a] Apoſtolicæ ſeruitutis[b] ſuperna diſpōne[c] vocati, ambiguitates[d] ex q̄b. poſſent eccleſijs[e] dānoſa prouenire diſpendia, tollere cupiētes[f], de ptātis plenitudine,[g] ac fratrū[h] noſtrorū cōſilio[i] ordinamus,[k]

Diuiſio.

AD onus.] Hæc extrauagans licet propter ſtyli connexitatem commode diuiſionem non recipiat: tamen non inepte dici poteſt, quod habet duas partes. In prima parte conſtitutio iuris electorum conſeruatiua ponitur. In ſecunda obſtaculum obuians tollitur. ibi, Non obſtantibus.

a ¶ Ad onus.] Nota reputari onus in Apoſtolica ſede ſeruire. Multæ. n. & innumerabiles ſunt ei præſidentis ſollicitudines, extra de purg. can. c. inter ſollicitudines, & de magi. inter ſollicitudines. cle. 5. per quas ad morū correctionē & vitiorum extirpationē adſtringit attendere, ne ſanguis ſubditorum de ſuis manib. requiratur, 43. di. c. Ephesijs, extra de offi. ord. c. irrefragabili. cum & ſecundum B. Hieronymum nō ſit facile ſtare in loco Petri & Pauli. 40. diſt. c. non eſt, & ad hoc adde quod dixi in decre. ſuſcepti, in ver. ſollicitar. licet aūt iſtis reſpectib. dicatur onus, nihilominus tamē honor eſt ſummus, cū dicatur apex dignitatis, omnes, qui ad eam eriguntur, illuſtrans, 40. di. c. non vos.

b ¶ Seruitutis.] a ſeruiēdo reipublicæ dictæ, ff. tempu. ſal. fo. l. 2. ff. de adop. l. non aliter, C. cod. ti. l. 2. & hoc reſpectu papa ſe uocat ſeruum ſeruorū, quod dico ut no. 1. q. 7. c. quotiens cordis. nō autem a ſeruādo de qua loquitur tex. inſti. de iure per ſo. §. ſerui. illa enim eſt, quæ impedit ad honorem ꝓmoueri. C. ſi ſeruus, aut libertus ad decu. aſp. l. 1. & 2. li. 10. extra de ſer. nō or. c. 1. 54. di. quaſi per totum.

Papa ſe uocat ſeruū ſeruiendo.

c ¶ Superna diſpoſitione.] hoc dicit, quia non debet ſibi quiſquam honorem aſſumere, niſi qui uocatur a Deo tanquā Aaron. ad Hebræ. 5. 8. q. 1. in ſcripturis, & extra de elect. qualiter poſt obitū, C. de epiſc. & cle. l. ſi quēquam, potiſſime aūt in tanti honoris faſtigio hoc ꝑcaueēdum, cum uniuerſitas fidelium ex illius incolumitate animaduertat ſe pēdere ꝓpēſius, 40. di. c. ſi papa iuxta illud, Integritas pſidētiū ſalus eſt ſubditorū, 61. diſt. miramur, in cor. auth. in iu. fine quoquo ſuffra. §. cogitatio col. 2.

d ¶ Ambiguitates.] i. dubitationes, ſimile C. de vſufru. l. ambiguitatem, de teſti. l. ambiguitates.

e ¶ Eccleſijs.] hoc videas quod no. in c. ſuſcepti. ſuper ver. eccleſijs.

f ¶ Cupientes.] attēde principē Eccleſiæ cupere & deſiderare, vt tollantur ab eccleſijs damnoſa ſollicitando, remedijs inuigilat ſubiectorum, vt quietem ēt eis præparet, labores volūtarios appetendo. In corpo. authen. vt diuinę iuſſiones, in prin. col. 8. & in proęmio. 6. libri.

g ¶ Plenitudine.] qua ſolus princeps eccleſiæ gaudere reperit: cæteri. n. ī parte ſollicitudinis ſunt vocati. 2. q. 6. decreto, & c. q. ſe, extra de vſupal. c. ad honorē, de cle. ita. de iſta. n. plenitudine poteſtatis nō oportet ſermonē effundere: qa ſupfluū ē ſolē facib. adiuuare, 6. q. 1. ſi oīa, & ſuꝑ hoc videre potes q̄ no. Ber. extra de tranſl. epi. c. q̄to. & Hoſ. plenius de pceſ. pb. ꝓpoſuit, de vo. & vo. redem c. magnæ. Quib. aūt rōnib. fulciri pōt talis plenitudo, vide q̄ no. p Hoſt. extra qui filij ſint leg. c. ꝑ venerabilē, circa fi. in verbo, plenitudine poteſtatis.

¹ De plenitudine ptātis Romani Pōtificis uide oīno Turrecrematā in ſummade eccleſia, lib. 2. c. 51. & 52.

h ¶ Fratrum.] hic videas q̄ dicam in decr. execrabilis, in uer. fratribus, & in decr. quia quorundam.

i ¶ Conſilio.] & hic ſi placet, attende quod dicam in decre. execrabilis.

k ¶ Ordinamus.] nō dicit, declaramus, vt denotat q̄ ī. ſequit, eſſe ius nouum non antiquum, cum forte ſi in hoc, eſſet contrarium eius quod hic ſtatuitur, ut infra ſubijcietur.

REGESTRVM

SEXTI.

† B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo

Omnes Quaterniones † Duernio.

CLEMENTINARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q.

Omnes Quaterniones P Sexto, Q Arboris conſanguinitatis & affinitatis Duernio.

EXTRAVAGANTIVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T

Omnes Quaterniones R Duernio.